

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fabula c  
cum fonte primo

Fabule a fando dicte quia non sunt res facte sed tantummodo loquendo dicte.  
Que ideo sunt inducte ut ficto animalium mutorum  
inter se colloquio ymago quedam uite hominum nosceretur.

Fabulas poetae a fando nominaverunt, quia non sunt res factae, sed tantum loquendo fictae.  
Quae ideo sunt inductae, ut fictorum mutorum animalium  
inter se colloquio imago quaedam vitae hominum nosceretur.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 1.40.1 (W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.3-6).

Sicut mus loquitur muri et mustela uulpecule

Ad mores, ut apud Horatium mus loquitur muri et mustela vulpeculae,  
ut per narrationem fictam ad id quod agitur verax significatio referatur.

et in libro Iudicum ligna sibi regem requirunt.

Vnde et Aesopi tales sunt fabulae ad morum finem relatae,  
vel sicut in libro Iudicum (9, 8) ligna sibi regem requirunt  
et loquuntur ad oleam et ad ficum et ad vitem et ad rubum;  
quod totum utique ad mores fingitur ut ad rem, quae intenditur,  
ficta quidem narratione, sed veraci significatione veniatur.  
Sic et Demosthenes orator fabulam usus est adversus Philippum,  
qui cum ab Atheniensibus postularet ut sibi decem oratores darentur,  
et discederet, finxit ille [hanc] fabulam qua dissuaderet, dicens lupos aliquando pastoribus,  
quorum diligentiam decipere voluissent,

Quod totum ad mores ordinatur ut ad rem que intenditur  
ficta quidem narratione sed ueraci significatione perueniatur.  
Sic enim Demosthenes usus est fabula aduersus Philippum  
qui ab Atheniensibus postulauit decem oratores  
et ille finxit fabulam: Lupi suaserunt pastoribus

suasisse ut in amicitiam conuenirent, ea tamen condicione,  
ut si canes, in quibus erat causa iurgiorum, iure illis traderentur:  
adnuisse pastores et in spem securitatis dedisse canes,  
quos ovium suarum vigilantissimos custodes habebant.

ut in amicitiam conuenirent, cumque hoc pastoribus placuisset,  
petierunt lupi ut primo sibi uice securitatis canes traderentur  
in quibus uidebatur occasio iurgiorum annuerunt pastores,

Tunc lupi, adempta omni formidine, omne quod in gregibus illis erat,  
non pro satietate tantum, verum etiam pro libidine lacerauerunt.  
Phillipum quoque principes  
populi postulare, quo facilius possit opprimere spoliata custodibus urbem.

et cum lupi omni adempta formidine omnem gregem  
non solum pro satietate sed eciam pro libidine lacerauerunt.  
Sic inquit Philippus sublatis oratoribus in populo Atheniensi facturus est.  
Oratores populi postulat quo facilius possit opprimere spoliata custodibus urbem.

Isidorus Hispalensis, *Etymologiarum libri XX.*, 1.40.6-7  
(W.M. Lindsay ed., vol.1, n.p., ll.27-29, 1-17).

Ysidorus libro I. ethimologiarum.